Excerpta ex Cedreno. No. 54.

Spectantia ad terminos Chronologicos de morte Leonis Imper. de Nativitate, Aetate, et annis Imperij Constantini Imperatoris. De anno exautorationis Romani Senioris, et de anno Coronationis Romani Junioris filij Constantini. ~~in Impe~~

Eadem Indictione (3) Romanus Imperator Palatio eductus est, et in Protem Insulam relegato capillus rasus, monachique imposita conditio. A quibus, et quomodo deturbatus Imperio fuerit jam nunc exponemus.

Exautoratio Romani Senioris. Anno Xti 944. si post Septembrem contigit, contigit, ante die Decembris XVI.

Ergo (Stephanus) in Societatem adscito praeter Basilium monacho etiam Mariano filio Leonis Argyri, à Romano Imperatore, quam maxime dilecto, et nonnullis alijs nactus opportunitatem Imperio Patrem (Romanum) dejicit die Mensis decembris XVI. Indictione 3. Anno 6453 (IↃCIↃ, CCCCLIII) annum jam XXVI Imperantem, ac in Protam Insulam rele„gato, vel invito caput radit, et monachi vitam imponit.

exautoratio Romani Senioris

~~Itaque Constantin~~ Sane haud mediocri cura atque conatu in id incubuit Stephanus, ut collegis Imperio erepto solus summam rerum teneret, sed quemadmodum Poëta ait, esse quaedam alia callidiora, ita is quoque non tam intulit, quam passus est damnum; Constantino ubi insidias sibi strui sensit, spatium rei gerendae non conce„dente, multis etiam Helena uxore ad fratres dejiciendos „instigantibus. itaque arcano consilio communicato cum Basilio Peteino, seu Volucri isto, et ejus opera adscito in Societatem, Mariano itemque Nicephoro, et Leone filijs Bardae Phocae, ac Nicolao et Leone Tornicijs alijsque haud paucis, Stephanum ejusque Fratrem Constantinum secum prandentes, sub ipso Prandio cor„ripi jubet, Palatioque extrahi XXVII die Januarij Indictione eadem (3) navibusque impositos relegat, Stephanum in Pa„normum Insulam, Constantinum in Terebinthum. Is ac Stepha„nus quidem fortunam suam generose ac magno animo ~~Mense Julio Sexto Indictionis [illegible]~~ ferens annos XIX in Lesbo vitam egit, Constantinus autem animo parum constans, et audacius, quam par erat insurgens, saepiusque fugam molitus, anno post amissum Imperium secundo custodem suum cum dolo necasset, à reliquis custodibus ipse quoque est interfectus.

exautoratio filiorum Romani Stephani, et Constantini.

graecus textus habet: αυτῃς, γ, ινδικτιωνος.

x In Exilio

+

(Mense Julio Sextæ Indictionis Romanus eorum Pater debitum naturæ persolvit,* et in Myrelæo sepultus. Proin Constantinus Porphyrogenitus, omnibus, quæ suspecta erant submotis et solus jam imperans festo Paschatis die Romano filio suo diadema imposuit, vota faciente Theophylacto Patriarcha.

annus Xti: 959. ~~945~~

Anno Imperij Constantini decimo quinto, Mense Septembri indictione III. Anno Mundi 6468, profectus est Imperator ad Olympum montem, in speciem, ut Patrum, qui ibi vivebant, cum precationibus armatus in Syriam contra Saracenos proficiscere, "tur, re autem ipsa, ut cum Theodoro Cyzici Episcopo, qui tum ibi degebat, de Polyeucto dejiciendo consilia iniret. Inde sive corporis vitio, sive rursum à filio petitus veneno, dolo, "ribus correptus discessit, et sub finem octobris in lectica Constantinopolim reportatus est, ac consilijs suis exitum nullum consecutus, mortuus nona die Novembris. Vixit annos quinquaginta quatuor et menses duos; Imperavit collegis Patre, Alexandro patruo, et Matre sua, annos tredecim, rursus cum Romano injuste Imperium adepto, annos viginti sex, et illo submoto annis quindecim.

943
5
948
949. 949.

Item Lotharius mortuus 949. atque quin maxime [illegible] misit ad 949.

ex Menologia Constantinopolitana.

919
26.
45.

Constantinus à Leone coronatus anno 911 die Pentecostes. uxorem Helenam Romani Senioris filiam duxit anno 919. mortuus 960 juxta Cedrenum. et ætatis dicitur fuisse 54. ergo natus 906. ergo Patri 5 annos coronatus, ergo duxit uxorem anno ætatis 13tio:

Hermanus Contractus.

Reginonis Chronicon: 904. Cometa mense Majo apparuit.

Anno 949 Lothario Rege Italiæ mortuo, Beringarius Regnum ejus invasit.

A: 950. Otto Rex Italiam petit, sibique eam subjecit pulso Beringario; ita etiam Regino.

Marianus Scotus draco visus 950.

A: 951. Beringarius apud Augustam in Conventu, Ottoni ad deditionem venit (Marianus Scotus idem refert pro Anno 950.

Cedrenus. pag. 494.

~~Indictio~~
Prima indictione cum versus Turci Incursionem in Roma„norum fines fecissent, Theophanes cubicularius egressus pacem cum ipsis composuit acceptisque obsidibus rediit.
Indictione Secunda, Paschalium Protospattarium et Longo„bardiæ Præfectum ad Hugonem Regem Franciæ misit Romanus, Filiam ejus petens in Matrimonium Constan„tini Porphyrogeniti filio Romano, Nepoti suo, quæ et adducta est magnis cum opibus, et cum Romano exactis in Conjugio annis quinque, è vita migravit.

(Ar. 944.

Porphyrogeneta de Administrando Imperio.

Capite XXVI

Mortuo Rodolpho, memoratus Rex Hugo Burgundiam adiit ac Rodolphi uxorem Bertam nomine matrimonio sibi copulavit, ejus verò filiam Adelesam nuptui dedit Lotha„rio filio suo, qui nunc Italiæ Rex est. Filia verò conspicui Regis Hugonis Constantinopolim pro„fecta Romano Porphyrogenito Constantini Xti amantis Imperatoris filio locata est. Hæc autem filia conspicui Regis Hugonis, Berta vocabatur, de Aviæ suæ magnæ Bertæ cognomine, quæ post Adalberti mariti sui obitum, Regno præfuit annis xxx. Ejus autem (Aviæ) Berta)

NB. hoc caput scriptum est vivente Lothario, qui à Ar. mano contracto etc. mortuus scribitur AC. 949. item vivente uxore prima Romani, quæ ex Continuatione Theophanis et aliis mortua scribitur A.C. 949. ergo caput XXVI ante annum Xti 949 scriptum est.

Porphyrogeneta — Cap. XIII —

hoc caput scriptum est post mortem Romani Senioris, qui à Cedreno mortuus scribitur Xti 948. facit enim mentionem hujus: quod tandem odium (erga Romanum) in apertum prorupit, ita ut etiam mortuus vilipendatur, traducatur, et condemnetur, quod rem indecoram ac illustri Romanorum Imperio indignam inceptaverit.

Romanus Senior mortuus est 948.

Pagi 949

non ergo coronari potuit Romanus Anno 949. —